



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicae

Schnorrenberg, Anno

Coloniae, 1740

Approbatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62040](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62040)



A P P R O B A T I O.

Fortissimus Israëlita Gentis Defensor olim invenit in faucibus extincti leonis examen apum & favum mellis, cibum videlicet grato sapore palatum artificentem & vivos famelici reficientem, quem cum sumpisset in manibus, comeabat in via, Jud. 14. Invenient, quotquot investigare voluerint, gratam & utilissimam non tantum theoreticam in Schola, verum etiam practicam pro foro, deliciosam, variisque calibus adumbratam, fructuosam, è firmis principiis derivatam Juris Canonici notitiam, relictam à piè defuncto, multis nominibus celebrato, Admodum Reverendo & Eximio Domino ANNONE SCHNORRENBURG, Sacri Ordinis Præmonstratensis Ecclesiæ Steinfeldensis Canonico, Ss. Theologiæ in Universitate Colonienfi Doctore, Collegii Norbertini intra Coloniam Præsidente, quam Posteris gustandam offerunt *Institutiones Canonicae cum Commentariis in Eiusdem Juris Regulas*: quas quatenus plurimum avidè expectantium appetitui satisfiat, cum nihil Orthodoxæ Fidei aut bonis moribus contrarium, sed optimè fundatam Juris Canonici doctrinam contineant, ut præli beneficio publici Juris fiant, dignissimas censeo Coloniae 7. Aprilis 1740.

F. THOMAS SCHMITZ, Ord.
S. Benedicti, Abbatiae Brauweilerensis
Professus, Ss. Theologiæ Doctor,
Sem. Bened. Regens mpp.



A P P R O B A T I O.

Opus Posthumum expurgatum Eximii Domini ANNONIS SCHNORRENBURG Seminarii Norbertini olim Præsidis, cui Titulus: *Institutiones Canonicae cum Commentariis in Regulas Juris*, propter copiosa, quæ spargit, doctrinæ lumina lucem meretur publicam Coloniae 1740. 9. Aprilis.

Ità censeo F. JOSEPHUS PRICKARTZ
Ss. Theologiæ Doctor, Præses Seminarii Norbertini mpp.

Quæ.